



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi

Puente, Luis de la

Coloniae Agrippinae, 1616

Admodvm R. Patri In Christo, P. Nostro Mvtio Vitellesco Societatis Iesv
Præposito Generali, &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42916



A D M O D V M
R. P A T R I I N
C H R I S T O , P. N O S T R O
M V T I O V I T E L L E S C O
S O C I E T A T I S I E S V
P r æ p o s i t o G e n e r a -
l i , &c.



LIQVOT virorum Societa-
tis nostræ res gestæ P. adm.
R. in lucem prodierunt, tum
seorsim, tum simul in nouis-
fima Societatis IESV histo-
ria, à P. Nicolao Orlandino
edita, in quibus præclara virtutum exempla,
spiritualia documenta, & monita ob oculos
nobis proposita sunt, quæ ad Instituti nostri
perfectionem sectandam nos impellunt: sed
nescio, an vlla sit tot virtutibus, exemplis, va-
rijsque monitis, ac spiritualis vitæ documen-
tis referta, atque hæc P. Balthassaris Aluarez:
cui cum Societatis Institutum maximè cordi
essen, omnia sua è conferebat; vt, quod mu-
nere diuino acceperat, (erat autem omnino
eximum magnique momenti) ad nostri or-
dinis hominum commoda, per quos proxi-
morum

* 2

morum

E P I S T O L A

morum bonum & salus promoueretur, totum dirigeret. Nullus est in Societate gradus, siue Superioris, siue Operariorum spirituallium, & Coadiutorum temporalium, qui non inueniet in hac historia, magna ad suum quisque munus adiumenta: præcipue cum P. Ludouicus de Ponte, eiusdem aliquando filius, & in tertij anni Probatione discipulus, qui historiam conscripsit, multa addiderit, aliorum eiusdem in spiritu discipulorum, aut subditorum exempla virtutum; & digressiones, quæ ad eiusdem P. Balthassaris exempla & documenta illustranda plurimum conferunt. Eam historiam ex Hispanico in latinum sermonem cum Superiorum approbatione verti, ut pluribus esset usui. Nam huiusmodi exempla recentia, tum antiquorum Patrum perfectio-
nis studium reddunt credibilius; tum magnam semper vim habent ad legentium animos permouendos; cum videant quasi præ-
sentes viros Instituti nostri adeò studiosos:
nam ut præsentis alicuius virtus, quem oculis
ipsis cernimus, magnam vim habet ad viam
perfectionis nobis faciliorem reddendam: ita
etiam absentium gesta magnæ perfectionis
plurimum iuuant, ut naturæ noltræ imbecil-
itas, ab eadem aggredienda non solum non
terreatur; sed magnos spiritus & animos su-
mat ad eandem amplectendam, & in ea pro-
gressus magnos faciendos. Hic finis historiam

con-

D E D I C A T O R I A.

conscriptis fuit, & meus. Fxit Deus, vt tan-
tum Lectores fructum hauriant, vt & ipso-
rum exempla præsentes quibuscum verfa-
buntur, permouere; & successores ædificare
possint: plura, quæ in hunc finem adferri po-
sent, ipse R. P. Ludouicus de Ponte in sua ad
Lectorem præfatione fusè differit: hic men-
tem meam tantum V.P. insinuare volui, vt: &
hoc nomine, quod P.V. interpretatio hæc di-
cata sit, aliquid momenti historiæ, eiusque
lectioni adferat. Deus P.V. Dintissimè Socie-
tati nostræ, totique Ecclesiæ sanctæ incolu-
mem seruet, sanctissimisque donis locupletet,
ad felicissimam totius huius corporis
(quod haud ita pridem singulari quedam, &
quasi diuino omnium, qui electioni legitimè
aderant consensu, atque omnium nostrum
plausu & congratulatione regendum à Deo
suscepit) gubernationem, profectum, ampli-
ficationem, ornamentum. Cuius paterno a-
mori & sanctissimis precibus humiliter ac
reuerenter me commendo.

Adm. R. P. V.^{xx}

minimus in Christo seruus

Melchior Treuinnius.

* 3

C O P I A